Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



30

prophetarum. Mutto ergo permanente zacharia concepit iohannem elisabet
quia non intellegant lici et pontifices distinctionem fidei pharisei amittant et scribe. tant
nec ipsi intrent. nec auditores suos intrare permittant. Interiores tamen legis xpi sacra
menta abundant. et bene conceptum suum elisabet quinq: mensib: occultat siue quia ipse
legifer mores sex quinq: libris mysteria xpi parabolarum designat. seu quia tota ueteris instru
menta series eandem xpi dispensationem in quinq: mundi aetatib: prscorum facta uel dicta
prefigurat. Et ideo quia xpi incarnatio uel sexta aetate seculi futura uel adimplectio ne
legis erat profutura. Recte sex tomense concepti iohannis missus ad mariam angelus
nasciturum nuntiat saluatorem: ut sequens ex ordine lectio demonstrat.

VIIII. III

IN MENSE AUTEM SEXTO MISSUS E ANGELUS GABRIHEL AD UIRGINEM GALILEAE CUI NOMEN NAZARETH.

Propterea angeli priuatim nominib: censentur ut significetur per uocabula et iam in operatione ne
quid ualeant; Neq: enim in illa sancta ciuitate quam deuisione omnipotentis dei plena scientia
pficit. Id circo ppria nomina sortiuntur. nec eorum psone sine nominib: scire non possimus
sed cum ad nos aliquid ministraturi ueniunt. apud nos etiam nomina ministerii tenent.
Ad mariam ergo uirginem gabrihel mittitur quidi fortitudo nominatur; Illum quippe nuntiare
ueniebat. quia ad debellandas aereas potestates humilis apparere dignatus e. Deque ppsal
mista dicit. Dns fortis et potens dns potens in pelio; Et rursum. Dns uirtutum ipse
e rex gloriae. Per diem ergo fortitudinem nuntiandus erat. qui uirtutum dns et potens in pelio
contra potestates aereas ad bella ueniebat; Mensem autem sextum martium intellege cum iu
uicesimo et quinto die dns nt et conceptus creditur et passus. sicut et uicesimo quinto die mensis
decembri natus; Quod si uel hodie ut nonnulli arbitrantur aequinoctium uernale uel illo sol
stitium bru. male fieri credamus. conuenit utriq: cum lucis incremento concipi uel nasci eum qui
illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum; At si quis ante dominice natiuita
tis et conceptionis tempus lucem uel crescere uel tenebras superare conuicerit. Dicimus
et nos. quia et iohannes tunc ante faciem aduentus eius regnum caelorum euangelizabat.
Et nunc quoq: prdicatoribus imperatur. Iter facite ei qui ascendit super occasum; Cum autem iohan
nes circa aequinoctium autumnale conceptus. circa sol stitium aestiuum sit natus. docet ipse.
qui uel ex sua uel ex ueteris testamenti ut multa autumant psona loquitur. Illum oportet crescere
me autem minui.

UIRGINIS MARIA

ADUIRGINEM DISPONSATAM UIRO CUI NOMEN ERAT IOSEPH DE DOMO DAUID ET NOMEN

Multas ob causas saluator non de simplici uirgine sed desponsata uoluit nasci; primo
uidelicet ut per generationem ioseph cuius maria cognata erat maria quoq: noscere tur
origo. Neq: enim mos e scripturae feminarum genealogiam texere. Nam et utroq:
potest intellegi qd dicitur. de domo dauid; Deinde ne uelut adulteram lapidare tur a iudeis.